



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Q. 54. Quid addendum sit circa peccata viduarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

fumus & stillicidium & mala uxor. Ennius tas
ferè fœminas ait incolumi pudicitia esse, quæ
statā, id est, mediā quādam formā essent, Adiu
Gellius in noct. Atticis. I. 5. c. 11.

Quandonam peccet uxor, si in necessitate non
subveniat conjugi, colligitur ex dictis l. 3. p. 1. i.
n. 719. & 731. An vir peccet percutiendo uxo
rem, dixi ibid. n. 734. Quandonam peccet con
jugi usurpando vel malè utendo bonis alterius
conjugis, aut etiam communibus, quæ vel ad
Matrimonium contulerunt, vel in eo acquisi
runt, dixi ibid. à num. 1017. Plura circa usum
licitum aut illicitum Matrimonii addentur a.
352. 391. ubi plura addentur de redditione &
petitione debiti.

350. Q. 54. Quid addendum sit circa peccata viduarum.
R. §. 1. Viduis illicita est delectatio venerea, ad
etiam sensibilis de copula præterita, ad eum mo
dum, quo n. 151. dixi, sponsis illicitam effi
delectationem in copula futura. Et ratio est ea
dem, quia actualis copula est illis nunc illicita,
ergo etiam delectatio venerea vel sensibilis in il
la intentionaliter præsente, cum haec delectatio
sit non tantum de objecto illis nunc illicito, sed
etiam per commotiones venereas naturaliter
concomitantes sit quædam inchoatio copula
actualis, quæ viduis illicita est, Nav. Sua. Depen
catis d. 5. f. 7. n. 12. Vasq. Sanch. I. 9. d. 47. n.
Spor. n. 42.

§. 2. Si in viduis sit tantum rationalis appre
hensio copulae habitæ, vel rationalis compre
hensio, sive gaudium de aliquo honesto effectu
ex illa secuto, v. g. de tali prole genita, nullum
est peccatum, non enim tenentur reprobare
detestari tales causas licite positas, aut effectu
bono

in sup
lent ce
pular
statio
appro
ne sent
venera
lestatio
erunt
num. 6

R. Esp
ac
fe ex jul
tero exp
flante, p
tur uti s
matura c
z. &c. cor
I. Ne
dium de
neatur,
periculu
Frenz d. 5
eo quod
nascatur
II. C
nec poter
fure nece
obligatio
Kön. d. 34

bonos ex iis secutos : neque hi actus manentes
in superiori parte animæ, per se loquendo, so-
lent commovere spiritus venereos, aut ad co-
pulam tendere. *Dixi, si &c.* nam licet talis dele-
ctatio rationalis, quæ consistit in tali volitione
approbativa absolutè possit esse sine delectatio-
ne sensitiva, tamen homini ad delectationes
venereas prono etiam tales cogitationes vel de-
lectationes rationales plerumque periculosæ
erunt, uti notant Auctores cum *Gob. tr. 10.*
num. 675.

ARTICULUS II.

351.

An actus conjugalis sit preceptus & debitus.

R Esp. I. Etsi conjuges nullâ lege obligentur
ad usum Matrimonii, tenentur tamen per-
se ex justitia sibi reddere debitum, si alter ab al-
tero exp̄res̄ vel tacitè, verecundiâ scilicet ob-
stante, petat. Ratio prioris est, quia non tene-
tur uti suo jure. Ratio posterioris sequitur ex
natura contractus mutui, *S. Tho. in 4. d. 32. q. 1. a. 23*
2. Et. communiter ex 1. Cor. 7. Unde resolvet.
I. Neuter tenetur, per se loquendo, ad peten-
dum debitum, et si per accidens aliquando te-
neatur, vel ex charitate, v. g. ad avertendum
periculum incontinentiæ imminens conjugi,
Perez d. 50. f. 2. num. 4. & 5. vel ex justitia legali,
eo quod salus publica periclitetur, nisi proles
nascatur.
II. Conjuges tenentur ad cohabitationem,
nec potest alter ab altero invito diutius abesse,
sine necessitate: quia hæc obligatio sequitur ex
obligatione reddendi debitum; *Sanch. l. 9. d. 4.*
Kom. d. 34. d. 2. n. 19. Perez n. 3.

P 2

III.